



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

III. Quod pro exceſibus corrigendis, aut criminibus puniendis, & quod pro examinatione aquae vel ignis, a clericis vel laicis poena pecuniaria non debet exigi: & quod pro exactione pecuniae, non ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CIRCA
1173

siaistica iudicia patiatur dissimulatione sua peruerit, cano-
nica districione percellatur.

CAP. II. *Idem in Turonensi Concilio residens ait.*

Quoniam enormis quedam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum patrum institutionem inualuit, vt sub anno precio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur, ne id fiat, modis omnibus prohibemus: quia dum sacerdotium sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

CAP. III. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*

2. Tim. 4.

Dicitur.
Dicitur.
Dicitur.

Licet (iuxta Apostolum) arguere, obsecrare, & increpare debeamus, sic tamen debemus excessus corrige-
re singulorum, vt probemur non quæ nostra sunt, sed quæ Iesu Christi sunt, querere. Accepimus autem, quod archidiaconi Couentrensis episcopatus, pro excessibus & criminibus puniendis, a clericis & laicis poenam pecunia-
riam exigant; & pro examinatione ignis & aquæ, tringita denarios a viro & muliere querere presumunt, & pro annua exactione personæ quandoque personas suspendunt, ecclesiæ interdicunt, a vicariis quoque duodecim denariorum, vt in ecclesiæ eorum cantare permittant, exigere non formidant: & alia agunt, quæ Canonum obviant institutis, & de radice cupiditatis, & avaritiae prodire videntur. Quia igitur solicitudini nostra incumbit, pastorali diligentia prouidere, ne ab ecclesiasticis personis tuæ prouincia ali-
quid exigatur, quod reprehensioni subiaceat, vel ecclesiasticam denigret dignitatem: fraternitati tuæ, &c. quatenus archidiaconis prædicti episcopatus ex parte nostra & tua districte inhibeas, ne pro excessibus corrigendis, aut criminibus puniendis, a clericis vel laicis poenam pecunia-
riam, nec pro examinatione ignis & aquæ denarios amplius exigere audeant, vel alia, quæ dicta sunt, quomodo libet exercere. Si autem contra prohibitionem tuam ausu temerario venire præsumperint, eos omni excusatione & appellatione remota, ecclesiastica districione percellas, & sententiam ipsam usque ad dignam satisfactionem facias inuiolabiliter obseruari.